

finio Syriæ & Phœnicæ. Calmet vult regionem esse Syro-phœnicam, cuius Sidon fuisset Metropolis.  
 SYRTIS, Act. 27. v. 17. Tradit Nicol. Sanfon, geminas esse Syrtis ante littus Africæ, impares magnitudine, pari naturâ, & naufragiis infames.

## T

**TABERNACULUM IAHEL**, Iud. 4. v. 18. & 21. Vide Tentorium Iahel.  
**TANIS**, Num. 13. v. 23. urbs Ægypti, in qua Moysen sua coram Pharaone ostendisse prodigia, legimus, Psalm. 77. v. 12. Ad oceanum sita fuit, trans Nil ostium Taniticum fuitque inferioris Ægypti Metropolis. Hebraicè scribitur **טַנַּיִן** *Tanain*.  
**TAPHUA**, Iosue 15. v. 34. civitas in tribu Iuda.  
**TAPHUA**, Iosue 16. v. 8. & cap. 17. v. 7. & 8. non liquet unde fonti ac terræ nomen sit inditum. Fuit in tribu Manasse, in confinio tamen tribus Ephraim, ut ex locis citatis colligitur. 1. Mach. 9. v. 50. *Thapo* vocatur.  
**TARSUS**, Act. 21. v. 39. & cap. 22. v. 3. potens urbs Ciliciæ, S. Pauli patria: unde, quod dicat Paulus Act. 22. v. 28. se natum Romanum, respondet Calmet, verius Paulum habuisse ius & civilitatem Romanam ex patre, quam ex patria.  
**TEBBATH**, Iudic. 7. v. 23. colligitur ex adiunctis & circumstantiis fuisse cis Jordanem, eique fluvio vicinam, in dimidia tribu Manasse, aut in eius vicinia.  
**TELEM**, Iosue 15. v. 24. urbs in tribu Iuda.  
**TENTORIUM IAHEL**, uxoris Haber Cinæi, quod ingressus est Sifara, Iud. 4. v. 17. & 18. in tribu Nephthali, ad confinia tribus Afer, inter Afor & Bethfames.  
**TEREBINTHUS**, Gen. 35. v. 4. sub qua Iacob suorum idola defodit, penes urbem & Quercum Sicheim.  
**THABOR**, Iudic. 4. v. 6. Vide *Mons Thabor*.  
**THABOR**, 1. Reg. 10. v. 3. Vide *Quercus Thabor*.  
**THABOR**, 1. Paral. 6. v. 77. civitas Levitica, quæ verisimilius ad radices montis Thabor fuit posita, in tribu Issachar & in confinio tribus Zabulon; & Iosue 19. v. 18. *Casaloth*, ac eodem cap. v. 12. *Ceselethabor* est dicta. Significat vox, retento **T** quod voci præponitur, *stultitias*. Est & alius vicus dictus *Chafalus*, iuxta montem Thabor in campetribus, in octavo milliario Diocæsareæ, ad Orientem prospiciens.  
**THACASIN**, Iosue 19. v. 13. urbs in tribu Zabulon, & quantum colligit Bonfr. in Orientali eiusdem tribus termino, atque adeo ad mare Genesareth. Hebraicè scribitur *Ira Kazim*.  
**THAHATH**, Num. 33. v. 26. & 27. mansio filiorum Israël in deserto.  
**THALASSA**, Act. 27. v. 8. iuxta locum, qui dictus est *Boniportus*. In Græco pro *Thalassa* legitur *Λαλαία*. S. Hieron. vel quisquis est auctor libelli de locis Actuum Apostolorum, vult in versione Græca mendam irrepsisse, & legendum esse *θαλασας*.  
**THALASSA**, LXX. solum in Romano Codice, Iosue 19. v. 7. cui in Hebræo & in nostra Vulgata nihil correspondet. Pouterunt LXX. aliqua urbium nomina adiecit, quæ in Hebræo minimè cernebantur. S. Hier. & Euseb. auctoribus, 16. millibus passuum distabat Eleutheropoli, Meridiem versus.  
**THALASSAR**, Isaiæ 37. v. 12. & 4. Reg. 19. v. 12. *Thelassar* dicitur. Est verisimile, eam circa Syriam & Mesopotamiam existisse.  
**THAMAR**, Ezech. 47. v. 19. & cap. 48. v. 28. loci nomen in extremis Iudææ ad Austrum terminis, verisimilius iuxta initium termini Ægypti. Existimavit S. Hier. ad Ezech. cap. 47. (cùm Thamar significet *palmam arborem*) in Thamar esse Palmiram urbem, à Salomone ædificatam: sed quomodo id cum Ezechielis descriptione concordet, non perinde liquet; cùm Thamar ad Meridiem sita sit, *Palmira* autem est in Syria Soba, inter Damascum & Euphratem, longèque ad Terræ Promissæ Septentrionalem plagam.  
**THAMNA**, THEMNA & THAMNATA. Eò retendit Iudas ad tendendas oves, Gen. 38. v. 13. *Themna* scribitur in-

ter urbes tribus Dan, Iosue 19. v. 43. Sub nomine *Thamna* descripta est in tribu Iuda, Iosue 15. v. 10. utique de tribu Iuda translata in tribum Dan. Iudic. 14. v. 1. descendit Samson in *Thamnata*; & cum in Philisthæorum esset confinio, sæpe in eorum manus venit, nam & Samsonis tempore, in eorum potestate erat; & iterum 2. Paral. 28. v. 18. eam in suam potestatem redactam, incoluerunt Philisthæi. Num una sit civitas *Thamna* Gen. 38. v. 13. cum *Thamnata* Samsonis, disputatur. Adhæremus Bonfr. in Gen. 38. v. 18. ubi citatis Auctoribus pro utraque sententia, & solutis obiectionibus, pro una eademque fert sententiam.  
**THAMNATH SARAA** vel **THAMNATHSARE**, Iosue 19. v. 50. & cap. 24. v. 30. Iudic. 2. v. 9. urbs sita in tribu Ephraim & in monte, sede & sepulchro Iosue celebris. Montis autem illius nomen videtur fuisse *Gaas*, cuius Septentrionalem partem hæc urbs tenebat, ut indicat Script. locis citatis.  
**THANAC**, THANACH vel **THENAC**, Iosue 17. v. 11. civitas in dimidia tribu Manasse Cis-Jordanina, urbis Leviticis annumeratur Iosue 21. v. 25. Ex ea pristinos habitatores non extirbarunt Levitæ, ut patet Iudic. 1. v. 27. Hanc autem urbem fuisse sitam in Aquilonaribus terminis superioris dimidiæ tribus, nempe iuxta torrentem Cifon & montem Thabor, atque adeo in confinio tribus Zabulon, ob idque ad Occidentem montis Thabor, colligitur ex Iudic. 5. v. 19. *Thanac* scribitur, Iud. 1. v. 27. *Thanach*, Ios. 21. v. 25. *Thenac* autem, Ios. 12. v. 21. & cap. 17. v. 11.  
**THANATHSELO**, Iosue 16. v. 6. urbs vel oppidulum in Orientalibus terminis tribus Ephraim.  
**THAPHNIS**, Ierem. 2. v. 16. & sæpius. De habitatione Iudæorum in hac urbe, habes Ierem. 44. v. 1. Hebraicè scribitur **תַּפְנִינִים** *Thaphnibnes*, quod nomen etiam est maxime diversum ab Hebraica voce **תּוֹפָן** *Tofan*. Calmet, conformiter ad Ioannem Clericum, *Thaphnim*, quam auctores prophani *Daphnas* appellant, exactè distinguit à *Tanis*. Hæc præsidium fuit, non procul à Pelusio, Arabum & Syrorum incursionibus oppositum, adeoque ad ortum Pelusii, quæ Syri & Arabes in Ægyptum irrumperere poterant.  
**THAPHSA**, 3. Reg. 4. v. 24. ubi dicitur Salomon obtinuisse omnem regionem... à *Thaphsa* usque ad *Gazan*; porro Gaza fuit in Occidentali parte versus Ægyptum: ergo *Thaphsa* fuit in opposita parte ad Orientem. Ex eo autem, quod David regnum suum dilataverit usque ad Euphratem, totamque illam ditionem tenuerit Salomon, sequitur quod *Thaphsa* fuerit ad Euphratem; quod etiam auctoribus profanis concordat.  
**THAPHSA**, 4. Reg. 15. v. 16. in regione Cis-Jordanina Iudææ, cuius incolæ omnes peremit Manahem rex Israël, quod ei portas non aperuissent. Ubi sita fuerit, non est clarum, cùm autem non procul *Thersa* urbe regia fuerit, colligit Bonfr. eam in tribu Ephraim vel dimidia tribu Manasse fuisse.  
**THARE**, Num. 33. v. 27. mansionis filiorum Israël in deserto, locus.  
**THARELA**, Iosue 18. v. 27. urbis nomen in tribu Benjamin.  
**THARSIS**, 3. Reg. 10. v. 22. & frequentissimè. Ubi in Hebræo vox *Tharsis* occurrit, versio nostra & LXX. subinde quidem illam vocem retinent, aliàs autem *Carthaginem* vel *mare* reddunt. Auctores quot sunt, tot sunt diversa opinantes. Sentit Bonfr. debere unam aliquam huius vocis esse notionem, quæ universis locis S. Scripturæ, quæ *Tharsis* appellantur, aptari possit: ut hoc nomine significentur universim ea loca, quæ navibus adiri debent; & aliter, non nisi fortè magno cum circuitu, terra attingi possunt.  
**THEBATH**, 1. Paral. 18. v. 8. una ex civitatibus Adarezer regis in Syria Soba, ex qua David magna æris spolia, superato Adarezer, abstulit.  
**THEBES**, Iudic. 9. v. 50. & sæpius, urbs Ephraim, in cuius obsidione Abimelech filius Gedeonis fragmine molæ ictus interit. Etate S. Hier. erat vicus nomine *Thebes* in finibus Neapoleos pergentibus Scytopolim, quasi in tertio decimo eius lapide.

THE.

**THECUA**, 2. Reg. 14. v. 2. & sæpius, urbis nomen in tribu Iuda, ad Austrum Ierusalem & Bethlehem, ab hac sex miliaribus Italicis, ab illa duodecim distans, sic ut in media via esset Bethlehem. Patria Amos prophætæ.  
**THECUA** vel **THECUE**, 2. Paral. 20. v. 20. & 1. Mach. 9. v. 33. desertum ab urbe vicina sic appellatum.  
**THELASSAR**, 4. Reg. 19. v. 12. Vide *Thalassar*.  
**THELHARSA**, 1. Eldræ 2. v. 59. & 2. Eldræ 7. v. 61. urbs in regione Babylonis.  
**THELMALA** sive **THELMELA**, 1. Eldr. 2. v. 59. & 2. Eldr. 7. v. 61. urbs in regione Babylonica, ubi habitaverunt aliqui, qui de captivitate redierant.  
**THEMA**, Iob 6. v. 19. Ierem. 25. v. 23. urbs in regione Ismaelitide, à *Thema* uno ex Ismaelis filiis, de quo habes Gen. 25. v. 15. & 1. Paral. 1. v. 30. sic nuncupata.  
**THEMAN**, Ierem. 49. v. 7. & 20. & Amos 1. v. 12. nomen alicuius urbis primariæ apud Idumæos. A filio Eliphaz, ac nepote Esau, *Theman* dicto, de quo habes, Gen. 36. v. 11. & 15. & 1. Paral. 1. v. 36. & 53. nomen urbi est inditum unde & incolæ vocantur *Thamanite*, & *Themani*. Pro Australi regione sæpe in Hebræo hoc nomen ponitur, ob idque frequenter *Austrum* vel *Africum* reddidere S. Hier. & LXX. quamvis & hi sæpius idem nomen in ea significatione usurpent.  
**THEMANI**, Gen. 36. v. 34. *Terra Themanorum*. Est *Theman* supra, vel vicinia.  
**THEMNA**, Iosue 19. v. 43. Vide *Thamna*.  
**THENAC**, Iosue 12. v. 21. & cap. 17. v. 11. Vide *Thanach*.  
**THENATH**, S. Hier. in locis. Coincidit cum *Thanathsele*, supra; prout etiam in Hebræo & LXX. nuncupatur. S. Hier. testatur suo tempore in tribu Ioseph villam fuisse in decimo milliario Neapolis, contra Orientem, descendentibus ad Iordanem.  
**HERSA**, Iosue 12. v. 24. in hac urbe habitaverunt, sedemque regiam habuerunt plures reges Israël, diviso regno, donec à *Thersa* in Samariam translata est sedes regia ab Amri rege, 3. Reg. 16. v. 23. & 24. Ieroboam primus ibi sedem fixit, 3. Reg. 14. v. 17. etiam primùm in Sicheim domicilium habuerit, 3. Reg. 12. v. 25. In qua autem tribu fuerit, nusquam in Scriptura proditur. Quod fuerit in tribu Ephraim, probabilis est ex eo, quod prophætæ, nomine *Ephraim*, frequenter intelligant decem tribus, & tribus Ephraim ubique sit prælata tribu Manasse. Porro Ieroboam, primus rex 10. tribuum, erat ex tribu Ephraim, ut non sit verisimile ipsum extra tribum propriam, sedem regiam voluisse transferre. *Thersa* significat *gratiosam*, *acceptam*, *beneficentem*, *amantem*; ex quo deducimus, insignem & amœnam fuisse civitatem.  
**THESBA**, 3. Reg. 17. v. 1. unde Elias vocatur *Thesbites*, civitas in regione Galaaditide Trans-Jordanina. Adricom. ponit in tribu Gad, alii in dimidia tribu Manasse.  
**THESSALONICA**, Act. 17. v. 1. duas ad Thessalonicenses scripsit Paulus Epistolas. Urbs magna fuit & aliquando Macedoniæ Metropolis, ad sinum Thernaicum.  
**THIRAS**, Gen. 10. v. 2. & 1. Paral. 1. v. 5. ultimus filiorum Iapheth, cuius posteris in Europa sedem assignat Nicol. Sanfon, nimirum inter Sarmatiam & Daciam, ubi hodie Hungaria, Transylvania, Valachia, & Moldavia.  
**THOCHEN**, 1. Paral. 4. v. 32. cùm nulla talis vox occurrat, neque Iosue 19. neque in Novo & toto Veteri Testamento, nisi loco citato; hinc indicat Bonfr. villam aliquam vel oppidulum non muratum fuisse, in tribu Simeon. Apud Græcos dicitur *Tocca*.  
**THOGORMA**, Gen. 10. v. 3. nepos Iapheth per Gomer. Ex Ezechiel. 27. v. 14. & cap. 38. v. 6. colligitur fuisse gentem vel regionem Aquilonarem. Cùm tamen apud Ezechiel. coniungatur cum populis Asiaticis, verisimile evadit, gentem Asiaticam fuisse. Putat Nicol. Sanfon esse gentem Germanicam; Calmet & Bonfr. volunt esse Phryges, vel Turcas.  
**THOLAD**, 1. Paral. 4. v. 29. eadem cum *Eltholad*, Iosue 15. v. 30. & cap. 19. v. 4. quibus ex locis colligitur, primò fuisse attributam tribui Iuda, postmodum tamen ademp-

tam, ac Simeonitis datam. Teste Calmet, Græci vocant *Moladam*.

**THOPHEL**, Deut. 1. v. 1. locus quem non tantum trans Iordanem è regione Iericho, sed in deserto Pharan, ponit Bonfr.

**THOPO**, 1. Machab. 9. v. 50. eadem secundum Calmet, cum *Taphua* supra.

**THOSA**, 1. Paral. 11. v. 45. unde nomen patronymicum *Thosaites*. Nomen solum est quasi notum.

**THRACIA**, 2. Machab. 12. v. 35. ubi de Thracibus. Est regio in Europa, habens Pontum & Propontidem ab Oriente; Mare Ægeum à Meridie, Macedoniam ab Occidente; Mysiam à Septentrione.

**THUBAL**, Gen. 10. v. 2. & 1. Paral. 1. v. 5. quintus filius Iapheth. Ezech. 27. v. 13. & frequentius iunguntur *Thubal* & *Mosech*. Posteris *Mosech* Italia concessa est; restat Hispania pro posteris *Thubal*. Nicol. Sanfon.

**THYATIRA**, Apocal. 2. v. 18. Lydiæ in Asia Minori oppidum. Alii putant Myforum esse civitatem extremam, in confinio Lydiæ. Fortè fuit Lydiæ ac Mysiæ contermina.

**TIBERIAS**, urbs celebris ad mare Galiliæ, seu Genesareth, quod & indè Tiberiadis est dictum. Condita est ab Herode Antipa, in honorem Tiberii. Vide *Mare Genesareth*.

**TICHON**, Ezechiel. 47. v. 16. domus in extremis terminis ad Aquilonem, trans Iordanem, in confinio Damasci, & regionis Emath.

**TIGRIS** vel **TYGRIS**, Gen. 2. v. 14. & Tob. 6. v. 1. & sæpius, fluvius fluens ex Paradiso voluptatis, & vadens contra Assyrios. Oritur in montibus Ararat, sive Armeniæ, & inter Assyriam & Mesopotamiam fluens, Chaldæamque sive Babyloniam interfecans, Euphrate recepto, labitur in sinum Persicum, Arabiam inter & Persidem. Vocatur *Tigris* propter velocitatem, & rapiditatem; ac inter alia nomina, lingua Medorum, vocatur *Sagina*.

**TOB**, Iudic. 11. v. 3. terra, in qua habitavit Iephte pulsus, in Trans-Jordanina regione & Galaaditide, ut omnes circumstantiæ exigunt. 1. Mach. 5. v. 13. vocatur *Tubin*, & in eo loco habitantes, nominantur 2. Mach. 12. v. 17. *Tubiansi*.

**TOPHETH**, 4. Reg. 23. v. 10. & sæpius, erat is locus, in quo Israëlita sub impiis regibus filios sacrificabant & cremabant idolo Moloch. Erat in convalle filii Ennon, ad Orientem montis Sion.

**TORCULAR** Zeb, Iudic. 7. v. 25. sic dictus est locus à Zeb Madianitarum regulo ibidem interfecto; fuit autem cis & iuxta Iordanem.

**TORRENS ÆGYPTI**, cùm *ly Torrens* sit nomen commune, sumitur pro pluribus. Hinc pro Nilo, vel rivulo Nili de eremo veniente, de quo in sequenti, accipitur Isaiæ 27. v. 12. Pro Euphrate, Isai. 15. v. 7. vel pro valle Arabiæ, secundum S. Hier. Pro immani perfectione, Psalm. 123. v. 5. &c.

**TORRENS ÆGYPTI**, Num. 34. v. 5. S. Hier. in Amos 6. torrens est, inquit, de eremo veniens, hoc est cuius aquæ de deserto Sur colliguntur, & alveo perpetuo & perenni in mare Mediterraneum supra Ægyptum decurrunt.

**TORRENS** vel **TORRENTES ARNON**, Num. 21. v. 14. & sæpius. Vide *Annon*.

**TORRENS BESOR**, 1. Reg. 30. v. 9. & seqq. Vide *Besor*.

**TORRENS BOTRI**, Num. 13. v. 25. Vide *Nebelescol*.

**TORRENS CADUMIM**, Iudic. 5. v. 21. in Hebræo legitur **קְדוּמִים** *Kedumim*. Codex Romanus habet *καυμύππος ἀρ-χαιος* *Torrens Antiquorum*. Vide *Cadumim*.

**TORRENS CARITH**, 3. Reg. 17. v. 3. & 5. Vide *Carith*.

**TORRENS CEDRON**, 2. Reg. 15. v. 23. Vide *Cedron*.

**TORRENS CISON**, Iudic. 4. v. 7. & sæpius. Vide *Cison*.

**TORRENS GAAS**, 2. Reg. 23. v. 30. Vide *Gaas* 2.

**TORRENS GERARÆ**, Gen. 26. v. 17. iuxta quem habitavit Isaac, olimque habitavit Abraham, effossis iuxta torrentis alveum puteis, sic dictus à Gerara urbe vicina, quæ in extremis ad Austrum Iudææ erat finibus.

**TORRENS IABOC** vel **IEBOC**, Deut. 2. v. 37. Vide *Iaboc*.

**TORRENS MAMBRE**, Iudith 2. v. 14. In Græco est *Torrens Abrona*.

TOR-



FORRENS SALICUM, Isai. 15. v. 7. Vide *Torrentes Aegypti* 1. o.  
 TORRENS SPINARUM, 1oel 3. v. 18. in Hebræo est *Cesthim*. Confundit Calmet hunc torrentem cum torrente Cedron.  
 TORRENS... CONTRA SOLITUDINEM IERUEL, 2. Paral. 20. v. 16. iuxta Calmet, est in plaga Meridionali Iuda.  
 TORRENS ZARED, Num. 21. v. 12. & Deut. 2. v. 13. & 14. Vide *Zared*.  
 TORRENS, ex quo David elegit quinque simplicissimos lapides, 1. Reg. 17. v. 40. & huius mentio videtur fieri, 1. Mach. 16. v. 6. torrens hic secundum Nicol. Sanfon. è montibus Iudæ descendit, labiturque per Modin, & vallem Terebinthi; & inter Iamnam & Ioppe in mare influit.  
 TORRENS IN AUSTRO, Psal. 125. v. 4. ea phraisi torrentes omnes in Meridie Palestinæ constituti designari possunt, vel saltem fluentia, quæ sunt resolutis nivibus: in Hebræo enim non habetur in Pf. *Nachal*, sed *Aphikei*, quod effusiones significat.  
 TRACHONITIS, Luc. 3. v. 1. ubi ex modo loquendi apparet Trachonitidem esse distinctam ab Ituræa. Trachonitidem extra fines Israëlitarum relegat Ioseph. lib. 15. Antiq. cap. 13. Eam fuisse in montibus trans Damascum, autumat Bonfr. & S. Hier. in locis, trans Bosram Arabiæ in deserto contra Aultralem plagam, quasi Damascum respiciens.  
 TRANSITUS IORDANIS, Iosue 3. inter *Setim* & *Iericho*; cum Israëlita ex *Setim*, transeuntes Iordanem, venerint *Iericho*.  
 TRES TABERNÆ, Act. 28. v. 15. oppidum fuit, in via Appia, 53. milliariibus Italicis Romæ distans.  
 TRIPOLIS, 2. Mach. 14. v. 1. Phœnicæ urbs ad mare, & iuxta Antilibanum. Vox est Græca significans tres civitates, ex quibus erat una. Nostra etiam ætate, portu suo urbs floret.  
 TROAS, Act. 16. v. 8. urbs Phrygiæ Minoris, ad litus maris Aegæi, quæ vocabatur, testibus Ioanne Clerico, & Calmeto, *Alexandria Troas*, ut ab aliis Alexandriis distingueretur, & simpliciter *Troas* in Scriptura vocatur. Alias tractum terræ Troiæ vicinum, dictum fuisse Troadem, nemo nescit: sed de eo in Scriptura non fit mentio.  
 TROGLODYTÆ, 2. Paral. 12. v. 3. citantur *Trogodyta* & Æthiopes tamquam sibi vicini. *Trogodyta* maritimi sunt, & inter Æthiopiæ & mare Rubrum. Æthiopes sunt in Mediterraneis Africæ ad Nilum. Nicol. Sanfon. Vox est Græca & significat habitantes & conversantes in cavernis ac foraminibus. In Hebræo est *Suchim*, à *Sucha*, quod cavernam significat. Aliqui intelligunt esse populos, qui sub tentoriis ac papilionibus degent; vel Arabes, qui in cavernis degentes, de tellure colenda vel domibus ædificandis, minimè curabant.  
 TUBIANÆI, 2. Mach. 12. v. 17. sunt populi habitantes in locis *Tubin*.  
 TUBIN, 1. Mach. 5. v. 13. loca trans Iordanem, in Galaaditide regione. Non videntur Bonfr. esse alia, quam *Terra Tob*, in qua habitavit Iephte. Ios. 11. v. 3.  
 TUMULI IORDANIS, Iosue 22. v. 14. in confinibus tribus Benjamin ad Iordanem, ubi filii Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse ædificaverunt... altare infinite magnitudinis.  
 TURRIS BABEL, Gen. 11. v. 4.  
 TURRIS CUSTODUM, 4. Reg. 17. v. 9. & 18. v. 8. & sæpius. Turres similes, seu pastorum, erigebantur pluries in medio agri, pro excipiendis pastoribus, excubias agentibus; vel saltem in usus speculatorum: sicque Ozias legitur ædificasse turres, 2. Paral. 26. v. 9. & 10.  
 TURRIS DAVID, Cant. 4. v. 4. est arx Sion, ut vult Ruperus; vel fortè altior & pulchrior turris, quam fortè ædificavit David iuxta arcein Sion, ut colligitur ex 2. Reg. 5. v. 9. Adrichom. eam ponit iuxta portam piscium. Illius quoque meminisse videtur Efdra lib. 2. cap. 3. v. 25.  
 TURRIS EMATH, 2. Efdra 12. v. 38. Heb. *Turris mea*. 2. Efdra 3. v. 1. in Hebræo occurrit eadem vox, & ibi versio nostra habet, *Turrim centum cubitorum*. Fuit autem turris hæc ad Orientem, iuxta portam gregis, ut ex locis citatis

colligitur. Videtur esse eadem, quæ apud Michæam 4. v. 8. *Turris gregis nebulosa* dicitur, quia erat iuxta portam gregis; nebulosa verò erat, eò quòd alta esset, sic ut difficulter visus ad cacumen pertingeret.  
 TURRIS FURNORUM, 2. Efdra 3. v. 11. ad Occidentem sita, & ad Aquilonem portæ vallis. Cur autem ita dicta sit, obscurum est; significat enim vox Hebræica תנורים *Thannurim*, furnos coquendo pani destinatos.  
 TURRIS GREGIS, Gen. 35. v. 21. Erat hic locus prope Bethlehem, putaturque esse ille, in quo Angelus, nato Christo, pastoribus apparuit, teste S. Hier. in traditionibus Hebræicis in Genesim. Plures sunt, qui etiam hanc turrim significatam vellent, Mich. 4. v. 8. Vide *Gader* supra.  
 TURRIS GREGIS, Mich. 4. v. 8. Vide *Turris Emath*.  
 TURRIS HANANEEL, 2. Efdra 3. v. 1. & sæpius. fuit una ex Ierolimytanis turribus, quæ rectè à Villalpando & Adrichomio statuitur iuxta angulum Orientis & Aquilonis.  
 TURRIS LIBANI, Cant. 7. v. 4. erat turris à Salomone ædificata, iuxta extremitatem montis Libani, vel potius Antilibani Orientalem, infra quam erat Damascus, ut loco citato dicatur quæ (turris) respicit contra Damascum. Creditur autem ibi à Salomone fuisse extructa, ut inde speculatores intueri possent, quid à Damascenis, & Syris novi motus oriretur. Videtur summa arte turris illa constructa fuisse, ut ob id, loco citato, ei nasus sponsæ compararetur.  
 TURRIS PHANUEL, Iudic. 8. v. 17. trans Iordanem adiuncta erat civitati Phanuel, eiusdemque civitatis propugnaculum. Hanc turrim, occisis civitatis habitatoribus, evertit Gedeon.  
 TURRIS SICHEM, Iudic. 9. v. 46. & 47. locus in territorio urbis Sichem, quem igne & fumo expugnavit Abimelech.  
 TURRIS IN SILOE, Luc. 13. v. 4. sic vocata à loco.  
 TURRIS STRATONIS, Calmet in suo Dictionario. Sic dictus locus, ubi postea Cæsarea in Palestina fuit.  
 TURRIS SYENES, Ezech. 29. v. 10. & cap. 30. v. 6. quæ videtur ad urbis propugnaculum fuisse excitata: erat enim *Siene* urbs Aegypti, sed in Æthiopiæ sita confinio, ut deservierit contra Æthiopum irruptiones.  
 TYRUS, Iosue 19. v. 29. in tribu Aser, est totum tractum ad mare, in quo *Tyrus* & *Sidonis* habitantur, numquam possederit hæc tribus. Porro *Tyrus* de qua supra, indubiè antiqua fuit, quam, licet Iosue munitissimam vocet, nihilominus ab Israëlitis capta & deleta fuit. A Sidoniis autem nova Tyrus in rupe insulari penes litus ædificata, antiqua illà multo firmitior fuit; atque in tantam aliquando pervenit magnitudinem & opum abundantiam, ut Sidonem ipsam anteciret. Urbs ipsa Davidis & Salomonis temporibus regem habens peculiarem, floruit. Ea tamen à Nabuchodonosore primum, posteaque ab Alexandro Magno expugnata dirutaque fuit, ac demum restituit propter portus situsque commoditatem.

## V

VADUM IABOC, Gen. 32. v. 22. Vide *Iaboc*.  
 VALLIS ACHOR, Iosue 7. v. 24. Vide *Achor*.  
 VALLIS AIALON, Iosue 10. v. 12. Hanc Adrichom. nonnihil remotius à Gabaa in Danitica tribu collocat.  
 VALLIS ARTIFICUM, 2. Efdra 11. v. 35. ubi habetur & *Ono valle artificum*, quæ verba indicant unam eandemque esse urbem, quæ *Ono* & etiam *Vallis artificum* appellatur. 1. Paral. 4. v. 14. Iob nepos Othoniæ ex fratre, dicitur *Pater Vallis artificum*, hoc est conditor: cuius nominis ratio adfertur ibidem. Videtur fuisse urbs in tribu Benjamin.  
 VALLIS ARUNDINETI, Iosue 16. v. 8. & cap. 17. v. 9. in terminis communibus tribus Ephraim & Manasse, sic tamen ut vallis ipsa cum agris in sorte dimidiæ tribus Manasse fuerit. In Hebræo vocatur *Vallis seu Torrens Kanna*.  
 VALLIS BENEDICTIONIS, 2. Paral. 20. v. 26. in tribu Iuda, in, vel prope desertum Thecuc.

VAL-

VALLIS BENENNOM, 2. Paral. 33. v. 6. Vide *Benennom* supra.  
 VALLIS CADAVERUM, Ierem. 31. v. 40. multiplex locus seu cloaca prope Ierolimam.  
 VALLIS CASIS, Iosue 18. v. 21. urbs in tribu Benjamin. Vide *Ameccas*.  
 VALLIS seu CONVALLIS CEDRON, 4. Reg. 23. v. 4. Vide *Cedron* supra.  
 VALLIS CONCISIONIS, Ioel 3. v. 14. Vide *Vallis Interfectionis*.  
 VALLIS FILIORUM ENNOM, Iosue 18. v. 16. Vide *Benennom* supra.  
 VALLIS GAD, 2. Reg. 24. v. 5. in tribu Gad.  
 VALLIS GIGANTUM, 2. Reg. 23. v. 13. Vide *Cælas Titanorum*.  
 VALLIS GIHON, 2. Paral. 33. v. 14. ubi dicitur David ædificasse murum extra civitatem David ad Occidentem *Gihon* in convalle.  
 VALLIS IEPHTHAEL & IEPHTHAEL, Iosue 19. v. 14. & 27. est in confinio duarum tribuum Zabulon & Aser.  
 VALLIS IEZRAEL, Iudic. 6. v. 33. sic dicta, quia vicina civitati cuidam Iezrael, in tribu Issachar, ab Occidente in Orientem procurrens, inter montes Hermon & Gelboë posita, desinensque in Aulonem seu Vallem Illustrem.  
 VALLIS, seu CONVALLIS ILLUSTRIS, Gen. 12. v. 6. Vide *Aulon* supra.  
 VALLIS IOSAPHAT, Ioel 3. v. 2. eadem, quæ *Vallis Cedron*.  
 VALLIS INTERFECTIONIS, Ierem. 7. v. 32. Præterdit Calmet eandem esse vallem cum *Valle Concisionis*, Ioel 3. v. 14. quæ in eodem capite Ioel, *Vallis Iosaphat* seu iudicii Dei nuncupatur. Vide *Cedron* supra.  
 VALLIS LACRYMARUM, Psal. 83. v. 7. est locus, qui Iudic. 2. v. 1. & 5. locus *stentium*, vel *lacrymarum* est dictus, ad occasum montis Sion & vallis Raphaim.  
 VALLIS seu CONVALLIS MAMBRE, Gen. 13. v. 18. Vide *Mambre*.  
 VALLIS MONTIUM, Zach. 14. v. 5. Hoc nomine vallis in vicinia Ierolimæ significatur, in quas Iudæi, obfessa à Romanis urbe, cum apertissimo vitæ periculo confugebant.  
 VALLIS MULTITUDINIS GOG, Ezech. 39. v. 11. Facillè vallis Iezrael significatur, ubi exercitum Cambylis, post eius mortem, fufum fugatumque credimus, ait Calmet.  
 VALLIS PINGUIUM vel PINGUISSIMA, Isai. 28. v. 4. quæ eodem cap. v. 1. vocatur *Vallis Pinguissima*. Est ad radicem montis & circumcirca Samariam; cùmque vallis esset pinguis, dicitur de Samaria, quòd esset in vertice *Vallis Pinguissima*.  
 VALLIS RAPHAÏM, Iosue 15. v. 8. & sæpius. Vide *Cælas Titanorum*.  
 VALLIS REGIS, 2. Reg. 18. v. 18. ad Orientalem urbis Ierolimytanæ plagam, nonnulla ad Meridiem inclinatione, ubi & erant duo horti regii; duobus, ut inquit Iosue lib. 7. Antiq. cap. 9. dumtaxat stadiis ab urbe distata erat vallis.  
 VALLIS SALINARUM, 2. Reg. 8. v. 13. & 4. Reg. 14. v. 7. vallis in Idumæa. Vide *Gemala* supra.  
 VALLIS SAVE, Gen. 14. v. 5. ubi vocatur *Save Cariathaim*; Save gemina legitur in Scriptura; una apud Moabitas trans Iordanem; altera eodem cap. v. 17. quæ, ut ibi additur, est *vallis regis*; eratque cis Iordanem, iuxta Ierolimam.  
 VALLIS SEBOIM, 1. Reg. 13. v. 18. in tribu Benjamin, ab urbe Seboim sic nuncupata. Vide *Seboim*.  
 VALLIS SENNIM, Iudic. 4. v. 11. in tribu Nephthali, iuxta Cedes Nephthali, ubi Haber Cinæus & eius uxor Iahel habitabant, ac ubi Iahel Sisaram interemit.  
 VALLIS SEPHATA, 2. Paral. 14. v. 10. sita erat Marefem & Eleutheropolim versus.  
 VALLIS SILVESTRI, Gen. 14. v. 3. quæ nunc est *mare salis*, seu *salsum*, in regione Pentapoleos.  
 VALLIS SOREC, Iudic. 16. v. 4. in qua urbs *Sorec*. In tribu Danitica.

VALLIS seu CONVALLIS TABERNACULORUM, Psal. 59. v. 8. & 107. v. 8. In Hebræo est *Vallis Socoth*, in Transjordanina regione eidem civitati subiecta.  
 VALLIS TENDENS ET INTRANS PROCUL, Deut. 11. v. 30. eadem est, quæ *Vallis Illustris*, & *Aulon* dicta fuit. Vide *Aulon*.  
 VALLIS TEREBINTHI, 1. Reg. 17. v. 2. in tribu Iuda, in qua David cum Goliath dimicavit.  
 VALLIS VIATORUM AD ORIENTEM MARIS, Ezechiel. 39. v. 11. cuius situs planè est ignotus.  
 VALLIS VISIONIS, Isai. 22. v. 1. significatur spiritu prophetico & per antiphrasim, ipsa Ierolimya, in monte Moria, seu visionis ædificata.  
 VILLA ADAR, Num. 34. v. 4. Vide *Adar*.  
 VILLA EMONA, Iosue 18. v. 24. nomen proprium urbis. Vide *Emona*.  
 VILLA ENAN, & ENON, Num. 34. v. 9. & 10. Ezechiel. 47. v. 17. & cap. 48. v. 1. fit mentio atrii *Enan*, & *Enon*, & dicitur *terminus Damasci*, videlicet ad quam Villam, vel quod Atrium, porriguntur limites Syriæ Damascenæ. In Hebræo in omnibus locis citatis habetur *Chatsar Enan*, vel *Enon*.  
 VINEA NABOTH IEZRAHELITÆ, 3. Reg. 21. v. 1. sita in agro Iezrahel, iuxta palatium *Achab regis Samariæ*.  
 ULAI, Dan. 8. v. 2. & 16. Versio nostra portam facit in Susis urbe vel castro. Euleus fluvius est, qui prope Susis, & in Perside fluit; ad portam urbis, amnem hunc, vel fluvium respicientem, Daniël celeberrimam visionem intuitus est.  
 ULAM LUZ, LXX. Gen. 28. v. 19. concordat huic lectioni textus Hebræus: verum nostra versio loco duarum vocum, habet, *prius Luz*. Vide *Luz*.  
 UR CHALDÆORUM, Gen. 11. v. 28. in hac urbe natus est Abraham, è qua, Deo vocante, ad declinandam idololatriam, profugit. Significat autem *Ur*, *genem*, idque omnino verisimiliter, quòd ibi ignis pro Deo coleretur.  
 URBS vel CIVITAS PALMARUM, Iudic. 1. v. 16. & cap. 3. v. 13. & 2. Paral. 28. v. 15. eadem cum *Iericho*, quam vide.

## Z

ZABADÆI, 1. Mach. 12. v. 31. Arabæ Orientales, montium Galaad partes incolentes, quos Ionathas Machabæus fudit. Forsitan pro *Zabadei*, legendum est *Nabathæi*.  
 ZABULON, filius Iacob, Gen. 30. v. 20. De tribu Zabulon prophetavit moriturus Iacob, Gen. 49. v. 13. *Zabulon in littore maris habitabit*; & Moyses de tribu Issachar & Zabulon Deut. 33. v. 19. *Inundationem maris quasi lac sugentis* hinc indicatur, istas duas tribus usque ad mare Mediterraneum domicilium habituras.  
 ZABULON, Iosue 19. v. 27. Videtur Zabulon postea forsan accedens nomen adoptasse & esse civitas Ptolemaidæ proxima, ex Iosepho lib. 3. Belli, cap. 2. Elon Israëlitarum iudex hanc videtur habuisse patriam & locum sepulture, Iudic. 12. v. 11. & 12.  
 ZACHARIE DOMUS, Luc. 1. v. 40. Vide *Iether*.  
 ZAMBRI, Ierem. 25. v. 25. Hebræicè זמרי *Zimri*, regio est Asiæ, plura regna continens. Apud multos nomen est ignotum, & apud plures ignota significatio. Fortè est Armenia.  
 ZANOA vel ZANOE, Iosue 15. v. 34. & 56. & 2. Efdra 11. v. 30. quidam tamen illas Iosue 15. v. 34. & 56. distinguunt: imò LXX. ex *Zanoe* v. 56. & *Accain* v. 57. unicam faciunt, *Çaxarâim*, *Zacanaïm*. Una eademque urbs in tribu Iuda.  
 ZARED, Num. 21. v. 12. & Deut. 2. v. 13. & 14. Torrentes in deserto, iuxta Moabitas erat. Hebræicè נחל *Nachal*, quod tam torrentem quam vallem significat, suntque hæc ferè inter se connexa; nam in vallibus torrentes esse solent.  
 ZEB, Iudic. 7. v. 25. Vide *Torcular Zeb*.  
 ZEPHRONA, Num. 34. v. 9. ubi totius Iudæ seu regionis Cis-Iordaninæ termini describuntur. Porro cùm hic locus

in